

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Trinitas g cum fonte primo

Est trinitas  
a qua homo cecidit, scilicet  
Pater, Filius et Spiritus Sanctus;  
et est trinitas que cecidit, scilicet  
memoria, intelligencia et uoluntas; et

est trinitas in quam ista cecidit, scilicet  
impotencia,  
ignorancia et concupiscencia.

Nam  
memoria cecidit  
in cogitationes affectuosas,  
onerosas et ociosas.  
Intelligencia cecidit in ignoranciam  
ueri et falsi, boni et mali, commodi et  
incommodi.  
Voluntas cecidit in concupiscenciam  
carnis et concupiscenciam oculorum  
et superbiam uite. Et  
est trinitas per  
quam ista resurget, scilicet fides, spes,  
caritas:

fides articulorum, preceptorum  
et sacrorum;  
spes uenie, gracie, et gloriae;  
caritas corde puro,  
consciencia bona, et fide non ficta.

Bernardus in sermone de trinitate.

Dicamus ergo:

Est Trinitas

creatrix:

Pater et Filius et Spiritus Sanctus,  
ex qua cecidit creata trinitas:  
memoria, ratio et voluntas. Et  
est trinitas per quam cecidit, per  
suggestionem, delectationem,  
consensum.

Est trinitas in quam cecidit:

impotentia,  
caecitas, immunditia.

Rursus trinitas quae cecidit, id est  
memoria, ratio, voluntas. Singulae  
cuiusque sit tripertitus casus.

Memoria cecidit

in tres species cogitationum, affectuosas,  
onerosas, otiosas.

Ratio in triplicem ignorantiam,  
boni et mali, veri et falsi, commodi et  
incommodi.

Voluntas in concupiscentiam  
carnis, concupiscentiam oculorum,  
ambitionem saeculi.

Est trinitas per  
quam resurget, scilicet fides, spes,  
caritas.

Quae trimembres habent subdivisiones.

Est enim  
fides praceptorum,  
signorum, promissorum; et est  
spes veniae, gratiae, gloriae;  
et est  
CARITAS DE CORDE PURO,  
ET  
CONSCIENTIA BONA, ET FIDE NON FICTA  
(1 Tim. 1:5).

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 45, 6 (SBO 6.1, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.265-  
6, ll.14-21, 1-3).